Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



67

lxvij

Iudica me deus et discer Sabbo,
me causam meam de gente non sancta ab
homine iniquo et doloso eripe me
quia tu es deus meus et fortitudo mea.
Ps. Emitte lucem tuam et veritatem
tuam ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum. Oro.
Protinat qs domine plebem
tuam devota pie devotionis
affectu: ut sacris amonitis
erudita quod in aresta
nobis sic grande tempus domini
passionis augeat. Per dominum.
Nec dicat dominus ad achaz.
Exulta satis filia
syon, ulula filia hierusalem.
Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator ipse pauper
et ascendens super asinam et
super pullum asine. Et disper-
ga equum de israhel et dissipa-
bit arcus belli. Et loquetur
pacem gentibus. et potestas eius
a mari usque ad mare. et a
flumine usque ad fines terre.
Tu quoque in sanguine tes-
tamenti tui eduxisti vinctos
de lacu in quo non est aqua.
Convertimini ad munitionem
vinti spei. Hodie quoque
annuntias duplia red-
dam tibi. dicit dominus omnipotens.
Eripe me domine de inimicis meis,
ab hominibus malis me eripe. Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.
Ps. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me.
Domine clamavi ad te et sanasti me domine eripe animam meam de
manibus eorum qui odierunt me a viris iniquis eripias me. Sim iosafat.
Deus et humilitatis amator odis
superbos tu celum domine. Per veritatem hodie
ora: clarifica filium tuum. ut et
filius tuus clarificet te. sicut
dedisti ei potestatem omnis carnis
ut omne quod dedisti ei det eis
vitam eternam. Hec autem est vita
eterna: ut cognoscant te solum
verum deum. et quem misisti ihesum
xpm. Ego te clarificavi super
terram: opus consummavi quod de-
disti mihi ut faciam. Et nunc
clarifica me tu pater apud te
metipsum claritate qua habui
priusquam mundus esset apud
te. Manifestavi nomen tuum
hominibus: quos dedisti mi-
hi de mundo. Tui erant et mihi
eos dedisti. et sermonem me-
um servaverunt. Nunc cog-
noverunt quia omnia que dedi-
sti mihi abste sunt. quia
quecumque dedisti mihi dedi eis. et ipsi
acceperunt et cognoverunt vere
quia a te exivi. et crediderunt
quia tu me misisti. Ego pro
eis rogo non pro mundo rogo sed
pro his quos dedisti mihi quia
tui sunt. Et mea omnia tua sunt
et omnia tua mea sunt. et clarifi-
catus sum in eis. Et iam non sum